

TRACTATUS  
DE ECCLESIA  
SIVE  
PRACTICABILIA  
ECCLESIASTICA:

IN QUIBUS, QUAEVNOQUE MAGIS UTILIA,  
quae in praesentia in praxi occurrunt, ad Ecclesiam pertinentia,  
ex iure Canonico, Civili ac feudali.

ET QUAE CIRCA FEVDA ECCLESIASTICA, EMPHYTEVSES  
Ecclesia, ceterosque contractus, iudicia, Successiones, Hereditates, Testamenta,  
Legata pia difficultates emergunt, & generatim magis praecipua,  
Ecclesiam, eiusque Ministros, ac forum tangentia, de quibus  
disceptari solet, facili Methodo definiuntur.

Et in tractatibus generalibus Canonum ac legum, quatuor intellectibus contractibus  
et iudiciis, quibusdamque aliis.

Opus Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiasticis Personis, Iudicibus, Aduocatis,  
Lectoribus, atque omnibus in utroque foro versantibus apprimè utile.

AUCTORE MARCO ANTONIO GENVENSE NEAR. V. L. D.  
Episcopo Hermentis.

Cum Indicibus Quaestionum, & materiarum locupletissimis.

Quam Haec Postrema Editio, ab innotuit mensura, sua  
typographorum industria, quod respiciet, et curavit  
et curavit, et in primum editum.

Edel. Dr. Dr.  
Mar. Peralt



Sord. De Manuel  
Rui

Sumptibus CLAVDIJ LANDRY.

SVPERIORVM PERMISSV.





SANCTISSIMO D. N.

PAVLO QVINTO  
PONT. OPT. MAX.



**E**tingentia in me Tua extitisse  
promerita, PATER SANCTIS-  
SIME, atque optime, & ea omni-  
no fateor, quibus immortales qui-  
dem habere gratias queam; refer-  
re verò nequaquam. Sed vbi sum-  
ma, in dante amplitudo est, vti ni-  
hil officit, quod longè sit impar accipientis conditio:  
ita neque obest quidquam, quòd par gratia non refe-  
ratur. Id enim, vbi omnia desint, grati certè animi  
sincera significatio compensabit. Mihi verò, quàm  
in me viridis adhuc beneficiorum tuorum memoria  
vigeat, testificari quàm maximè meditati, illa inua-  
sit in animum cogitatio, tum demùm me id affecutu-  
rum, cùm quod Tu in votis habes, opere ego pro mea  
parte complerem. Quare cùm nihil habere Te priùs  
viderim, nihilque tanto ardore studere, quàm quo  
pacto publicam Ecclesiasticorum rem tuteris, ornes,  
amplifices, ad id etiam animum adiungere visum est,





# PRACTICABILIA ECCLESIASTICA.

## PRIMUM CAPUT TRICENARIUM QUESTIONUM.

### QUESTIO I.

De concessione castri facta alicui absque mentione feudi, quod censeatur facta in allodium, non in feudum, idque multo magis in Ecclesia.

### SUMMARIUM.

- 1. Castrum concessum Ecclesie, an censeatur concessum in allodium, vel in feudum si non fuit facta mentio feudi.
- 2. Res qualibet presumitur allodialis nisi probetur feudalis.
- 3. Iurisdictio concessa absque mentione feudi, an censeatur concessa in allodium.
- 4. Ecclesia concedens iurisdictionem, vel pensionem, censeatur concedere in feudum.

**C**OMMUNE est DD. conclusio, quod si fiat concessio castri a directo domino absque mentione feudi, censeatur facta in allodium, non in feudum, cum qualibet res presumatur allodialis non feudalis, nisi probetur, ea ratione, quod feudum est species semetipsum. *gl. in l. si usufructus legatus. ff. de usufr. & qualibet res presumitur*

libera, nisi seruire probetur. *l. aliam. C. de seruitutibus.* ita tradunt Host. Ioan. Andr. Ant. Im. Abb. *in c. nimis. de iur. iur. Bal. in c. 1. & c. ceterum. de iudiciis,* & de communi post multos quos allegat. testatur Gabr. *de feud. concl. 3.* sequitur etiam Card. Mant. *de tacit. & ambig. conu. lib. 13. tit. 14.* Quae opinio multo magis procedere debet in Ecclesia, cuius favore concessio latiore interpretationem recipit quam si fieret privato. *arg. l. ut inter diuinum. C. de sacrosan. eccl. & tradit Oldrad. cons. 252.* Idque in Ecclesia est adeo verum, quod procedit etiam in illis regionibus & prouinciis, in quibus quodlibet castrum cum vasallis presumitur, quatenatum, ut firmat *in constit. regni iustitiarum nomen & normam,* Andr. de Herma in feudali materia DD. a iura nuncupatus; idque probat ea ratione, quod cum alix res quas possidet Ecclesia in dicta prouincia sint libere, & tales presumantur, idem erit iudicandum de castris Ecclesie, nisi expressè probetur quod fuerint concessa in feudum. Limitat tamen supradictam conclusionem, ut procedat, quando Ecclesia tenet feudum libere non prestando redditus, secus si prestatisset seruitium per quadraginta annos, licet in laico iufficerent triginta. *S. si quis per ariginem. si de feudo fuerit controversia. vel si Rex dixisset, concedimus*